AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 131r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uerit inter fratres tuus · uade & corripe eum inter te & ipsum · Ius enim pficit amica
correptio · quam accusatio turbolenta · Illa pudorem incutit · hec indignatio
nem mouet · Seruetur potius quod pdimentum qui monet · Bonum quippe est
ut amicum magistrum qui corripit credat quam inimicum · Facilius enim consilius
ad quiescitur quam iniuria succumbitur · Vnde & apls · corripite inquit
ut fratres ut erubescat · non ut inimicum eum existimetis · Infirmum enim custos
diuturnitatis est timor · pudor autem bonum magistrum officii · Qui enim me
tuit reprimitur non emendatur · quem pudet facere innatura uertit · Pulchre
autem posuit · si peccauerit inter · Non enim equa condicio est indm hominem
peccare · Denique apls qui diuinum est uerus interpres oraculi · hortatur inquit
post unam & secundam correptionem deuita · quia non est equa perfidia aut
culpa ueniabilis · Et quod plerique pimperitia error obrepit · corripi
endum peccatum ut aut pertinacia uitetur & plapsio corrigatur · Verum quidem si
septies conuersus fuerit adtte dimittite illi; hominis nominis numerus pfinitur
an uero quia septimo die requieuerit ds abomnib; operib; suis · post
ebdomada istius mundi · quies nobis diuturna pmittitur · ut quem admo
dum mala mundi istius feriata cessabunt · ita etiam uindicta seueritas
conquiescat · Sabbatum autem non solum dierum · sed etiam mensium est · Et ideo septimi mensis
decima die sabbata sabbatorum · nec solum mensium sed annorum quoque · nec annorum
tantum modo · sed etiam generationum · postremo ipsius mundi cuius typus est
sabbatum magnum · [illegible] legit est ebdomas · Septima · postquam celebratur
annum iubileus · quod misterium uolunt nobis dns reuelare cum dicit · Non solum
septies · sed etiam septuagies septies · Quia septima generatione ut habes
secdm lucam enoch raptus est · ne malicia mutaret cor eius · & in eo aculeus
doloris quieuit · Septuagesima autem & septima generatione dns natus est
ex maria · humani generis insc peccata suscipiens remissionem tribuit
omnium peccatorum · Ergo quamuis secdm litteram dicas frequenter ignoscere
ne indignationem teneret · nichil enim est quod possit offendi cui ignos
cendi est consuetudo · tamen agnosce misterium · Hoc enim ociose sabbo